Subiunxi miliarios lapides qui cum ad Puteolos Neapolimve prodierint vel prodiisse videantur, quo proprie pertineant, non satis apparet.

**6931** [= 6267] rep. a. 1604 in via Puteolana *presso ai bagnoli* CAP.; Puteolis MORM.

IMP · CAESAR · DIVI · NERVAE · F
NERVA · TRAIANVS · AVG · GERMANICVS
PONT · MAX · TRIB · POT · VI · IMP · II
COS · IIII · PATER · PATRIAE · VIAM
NOVAM · RELICTIS · ANTIQVI · ITINERIS

p. C. 102

Capaccius *antich. di Pozzuoli* (1607) p. 43, hist. Neap. (1607) l. II c. 5 p. 421 allato cippo n. 6927 ita pergit: 'huic similis anno praeterito [praef. scripta est a. 1605] in via Puteolana repertus; haec tamen in fine diversa leguntur: VIAM · NOVAM · RELICTIS · ANTIQVI · ITINERIS . . . .', quae Pratillius p. 176 citans ita interpolavit: VIAM · NOVAM · A · PVTEOL . . . . RELICTIS · ANTIQVIS · ITINER . . . . Edidit ut supra dedi Mormile (1617) *descr. di Pozzuolo* n. 20, hic non Mazzellam secutus perpetuum alioquin Mormilis auctorem, sed fortasse reconcinnans ad Capaccii relationem; magis tamen crediderim dari descriptam ad lapidem. Fractam esse in fine non notavit Morm.

---

**6932** [= 6274] columna miliaria quae videtur esse rescripta, adservata Neapoli in museo publico. Unde prodierit cum ignoretur, hoc loco eam collocavimus propter similitudinem n. 6930. Potest tamen stetisse item ad Traianam viam in Apulia alicubi; nam ex Ausculo quoque (v. IX n. 678) et Canusio (v. IX p. 35) lapides scripti in museum Neapolitanum pervenerunt, et summa est similitudo tituli huius et eius viae cipporum Constantinianorum, nisi quod ab his numerus milium abest.

VII

I M P C A E S
DIVI · COSTANTI
FILIO FL VALERIO
COSTANTINO P F
INVICTO AVC COS
III IMP VIIII · P P · A C
LIBERATORI
sic VRBIS TER
RARVM

p. C. 313/14

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1510.

1 sic videtur esse, non VIIII, ut dederam in ed. I. — v. 7—10 lapis fractus videtur ante quam inscriberetur, ut litterarum nihil desit.

**6933** [ad n. 6271] '. . . . . . in regno Neapolitano' MVR.

D̄ · N̄ · FL · VAL
CONSTANT
INO · PIO · FE
LICI · INVICTO
. . . AVGVSTO
DIVI · CONSTAN
TI · PII · FILIO
. . . . XVIII

Mur. app. 6, 6 ex schedis Goetzianis.

---

**6934** *in una colonna rosa da per tutto*; Neapoli *avanti le scale della chiesa di S. Maria Donna Regina.*

. . . NI . . . . T . . . .
. . . . . . . . . OP . . . .
. . . . CL ❧ IV*liano*
PIO ❧ F In*Victo*
AVG · B *Rei p*
NATO

Scip. de Cristoforo dedit Mazochio.

3 seq. sic traduntur: . . . CL ❧ IV . . . . | . . . PIO ❧ FIL ❧ V . . . | . . . AVG ❧ BRI . . . | . . . NATO . . .

---

**6935** [= 6275] in suburbano prope Mergellinam.

DDD · NNN
VALENTINIANO · THEODOSIO
ET · ARCADIO · V · C · C · C
BONO · REIP
NAT
CONSTANTINI
FILIIS

Giordanus ms.

Et alia corrupta sunt emendanda ad n. 6936 et extremi duo versus a prioribus separandi, residui opinor ex clausula tituli similis n. 6930.

---

# VI. VIAE INTER NEAPOLIM ET NVCERIAM.

De viis inter Neapolim et Nuceriam supra diximus p. 58 n. II et p. 124. Extant cippi quattuor, primus (n. 6940) numero carens repertus Neapoli, secundus (n. 6936) item sine numero repertus ad S. Iohannis a Teduccio inter Neapolim et Portici, tertius (n. 6937. 6938) n. VI inventus ad Resinam, quartus (n. 6939) n. XI inventus Stabiis. Eum milia numerare a Nuceria iudicat Rossius (*Bull. crist.* 1879 p. 192) probabiliter. Huic Neapolitanus tam similis est, ut vix a Stabiano recte separetur. Ad Resinam inventus cum sit aetatis labentis, quo Neapolis principatum inter oppida Campana sibi vindicabat, in eo milia ab ea urbe numerari probabile est; nec quicquam obstat, quominus ad eandem viam secundum referamus saeculi quarti exeuntis.

**6936** [= 6275] Neapoli pridem secus viam publicam in vestibulo parochialis ecclesiae pagi suburbani S. Iohannis ad Theducium [Herculaneum versus], nunc intus aedem traducta in pariete adversus posticum altaris maioris inaedificata IGN. similiterque ROS. Ibidem adhuc.

DDD NNN AGGG
BALENTINIANO
TIVDOSIO ET
ARCADIO
BONO REIPVBCE sic
NATI

Ignarra de phratriis (1797) p. 215; Rosini diss. isag. (1797) p. 27 tab. 1 n. 2; Ian. Asprenas Galante in opere *Pompei e la regione sotterrata dal Vesuvio* (Neapoli 1879) p. 112.

6 NATI Ros., NATI . . . Ign., NATE Gal.